

Paweł Piotrowski - organy, Attende Domine

Attende Domine, et miserere, Quia peccavimus tibi.

1. Ad te Rex summe, omnium Redemptor,
Oculos nostros sublevamus flentes:
Exaudi, Christe, supplicantium preces.

Ref. Attende Domine, et miserere, Quia peccavimus tibi.

2. Dexterâ Patris, lapis angularis,
Via salutis, Janua caelestis,
Ablue nostri maculas delicti.

Ref. Attende Domine, et miserere, Quia peccavimus tibi.

3. Rogamus, Deus, Tuam majestatem:
Auribus sacris gemitus exaudi:
Crimina nostra placidus indulge.

Ref. Attende Domine, et miserere, Quia peccavimus tibi.

4. Tibi fatemur crimina admissa:
Contrito corde pandimus occulta:
Tua, Redemptor, pietas ignoscat.

Ref. Attende Domine, et miserere, Quia peccavimus tibi.

5. Innocens captus, nec repugnans ductus;
Testibus falsis pro impiis damnatus:
Quos redemisti, Tu conserva, Christe.

Ref. Attende Domine, et miserere, Quia peccavimus tibi.